

EMBLEMA IIII. DE GAL. OPERVM EDIT.

¶ GALENI libros in capita secuerunt, & argumēta adscripterunt, Conradus Gesnerus pri-
mū in editione Frobeniana an. 1549. deinde Io. Bapt. Sustius, an. 1550. in secunda editione Iuntarū
capita quę prius inerant, emēdauit: quę deerant adiecit, eadēq; nūc in tertia tum ipsorū tum Fro-
beniana editione habentur. Andreas Lacuna Epitomen suam non quidē in capita diuisit, (ne ē
adeō opus erat ut in prolixis tractationibus: sed passim marginibus argumēta, quæ plerunq; ceu
aphorismi quidē & conclusiones sunt) adscriptis, apte & diligenter: id quod uel ipsis capitū distin-
ctionibus cum argumētis prestat, duplīci nomine: primum quòd tractationū & locorum singulo-
rum principia ac fines apparent, unde omnia faciliora sunt inuētu, & quę quisq; uoluerit hac com-
moditate statim uel legere uel p̄terire potest. Deinde quòd ex ijsdē argumētis descriptis, inq; or-
dinem digestis, indicē quoq; totius operis conficere licet: id quod etiam Lacuna fecit, omnibus fe-
rē quę index habet per margines similiter collocatis, nisi ubi eorū spacia non sufficiebāt: qui tamē
sufficere poterāt, si additis quibusdā notis seu numeris non è regione statim omnia, sed altius aut
humilius locata fuissent. sic ueluti epitomes epitome per margines extitisset. Idē si in ipsis integris
Galeni operibus rite fieret, maxima eius cōmoditas & plurimum ornamenti accederet: & multo
qui librīs utuntur lectores leuarentur tum inquirēndi, tum adscribendi labore, solent enim suo-
rum librorum marginibus ipſi huiusmodi quædam adscribēre.

¶ INDICES operum Galeni, Hieronymus Gemusaeus in prima editione Frobeniana indi-
cem probè sanè & studiosè confecit: sicut & alium postea uir quidā eruditus in secūda. Nunc ue-
rō in tertia Guil. Gratarolus. Iuntarum editioni secundē omnium copiosiss. adiecit Ant. Musa
Brasauolus, quę in tertia quoq; puto retinuerunt. Lugdun. editio Io. Frellonij an. 1550. indicem
Gemusei usurpauit. De Lacune īdice egregio in suam Epitomen paulò ante dixi inter Argu-
mentorū scriptores. Extat eiusdē Epitome omnium rerum & sententiarū memorabiliū Cōment.
Gal. in Hippoc. digestis in alphabeticū ordinem ceu aphorismis. Aloisij Mundellæ Theatrum
operum Gal. quę genuina sunt, Epitomes simul iustæ, & indicis alphabeticī copiosi utilitatē pre-
bet: & simul fere Locorū (ut uocant) cōmunium: id uero breui ex Frobeniana officina proditū
speramus: Seorsim autē in spurios quoq; libros Elenchum cōdidit. Gemusaeus etiam īdice in spu-
rios separauit. Leonar. Legius Papiēlis medicus an. 1519. edidit collectas à se propositiones ex
Gal. lib. quām plurimis, & simul īdice alphabeticū secundū libros & cap. sed nō satis copiosum.

¶ LOCOS cōmunes ē Galeni librīs Solus, quod sciam, Valleriola hactenus congesit. Sed
Indices etiam copiosiores, ut Mundellæ, Brasauoli, aliorum, Locorum communū instar sunt.

¶ DE ordine librorum Galeni, Primus ferē Iac. Syluius scripsit: deinde Montanus duabus
epistolis, una ad Lucam Ant. Iuntam, altera, ad lectorem. Fatetur autem si per ocium licuisset di-
ligentius & eruditius omnia se conscripturū fuisse. Nos etiam in Catalogo operū Galeni, passim
de ipsorū ordine diximus, & cur à doctissimis illis uiris aliquando dissentiamus, causam plerun-
que īdicauimus. Iulius Alexandrinus etiam (libri 5. cap. 5. Dialogi sui de medicina & medi-
co) idem argumentum tractauit: & Gentilis olim libellum edidit (charta dīmidia angustiorem)
de diuisione librorum Galeni eorumq; ordine & numero. ait autem in epílogo, se hunc libellum
collegisse ē dictis Speculatoris in medicina.

¶ COMPENDIORVM scriptores. Lib. Gal. genuinos plerosq; omnes in Epitomen cōtra-
xit Andr. Lacuna singulos scilicet in singula compēdia, eo quo deinceps legi debēt ordine. Alois-
sius Mundella in suo Theatro, ordinem Alphabeticum secutus est: Sicut & Lacuna in Elencho
Comment. Galeni in Hippoc. librum, qui (sicut & Mundelle Theatrum) Epitomes simul & Indi-
cis usum præbet. Fr. Valleriola quoq; in locis cōmuni bus suis tum Galeni cum Hippoc. scripta
principia omnia, in locos aphoristicē digessit. Symphorianus Campegius quoq; libroru quorun-
dam Gal. Epitomas confecit: de quibus leges in mētione ipsius, Catalogo 11. Et nos olim lib. de
cōpositione medicamentorū secundū locos, & secundū genera. Et innominatus quidā recentior
in aliquot libros Methodi libello in 16. (ut uocat) olim Lutetiæ apud Simonem Colinēum inuul-
gato, si bene memini. Ad compendia pertinent etiam tabulæ, de quibus nunc dicemus.

¶ TABVLAS in diuersos Galeni lib. ediderunt, Iac. Syluius, Leonhartus Fuchsius, Io. Vas-
saeus, Io. Bapt. Mont. Io. Bocaudus, Theodorus Zwingger: de quibus singulatim qui cognoscere
uolet, in singulorum nominibus legat, Catalogo 11. nostro, qui Gal. interpretes, &c. enumerat.

ENANTIONATA Galeni, siue de locus pugnantibus in eius librīs, eorūq; conciliatione scri-
pserunt, Iulius Alexandrinus, Andreas Lacuna, Jacobus Peletarius, Hieronymus Cardanus:
& in locis communib; suis (nī fallor) Fr. Valleriola, quem controversias in Galeni scriptis ple-
rasq; omnes disertissime grauiſſimeq; compositurū non dubitamus: nam ipsum eius librum, qui
adhuc sub prælo est Lugduni hoc tempore, nondum uidere potui.

CONTRA Gal. scripserūt, Ex ueterib. quidē nemo, (quamvis ipse contra alios plurimos scri-
psisset,) quod sciam, & quorū lib. extent: nīli Arabes quidā forte, nō integris tamē lib. neq; cōtra
ipsius Methodū uniuersalē, ant aliquā artis partē, sed in paucis particularib. de quib. hīc dicēdī lo-
cus nō est. Oribasius, Aetius, Aeg. religiosè omnino Gal. in omnibus sequunt. Trall. eū alicubi re-
prehēdit, ut in eo q; quartanis omnib; uictū calidū et siccū, et medicamēta similia, præcipiat: quòd
in ter-

ENANTIOMATA ET EXPOLITIONES GAL.

in tertianis nothis piper exhibeat. Et libro 12. cap. 6. Miror (inquit) Galenū, (qui artem legitimē, si quis aliis medicorum exercuit) adeò indistincte scripsisse, ut dicat, exquisita tertiana correptis absinthij dilutum à septimo dīe propinandum esse: ego uero falsis tertianis potius dedi, mixto ei oxymelitis momento. sic enim pituitæ miscellam & citra noxam magis extenuat, & leuiter purgat, ut non usus ueniat origani, aut hyssopi, aut calamintæ, aut pulegij: quæ omnia acriora sunt, & cum periculo, crebroq; febrim magis accendunt. Et libro quinto, cap. 4. ubi scribit de illis, quo rum pulmones crassis & uiscosis humoribus obdidentur, unde & Calculi aliquando, aut quedam grandinibus similia in eis generantur: Miror (inquit) quomodo diuinissimus Galenus nullo refrigerantium uti uoluerit, sed his uitatis calidam potius curandi rationem adhibuerit, ut Mithridatum, Athanasiam, Theriacam: quo tamen modo curati omnes perierunt. At re ipsa uerum est hoc, quod ille de Archigene prodidit: Difficile enim est homo cum sit, nō in multis aberrare, qui nonnulla prorsus ignorauerit, nōnulla etiam negligentius conscripserit. Atq; hæc dicere de tam sapiente uiro ausus non fuisset, nisi ueritas confidenti me esse animo incitasset, &c. Similiter in hydroperis curatione, uulgarium medicorum opinionem taxat, qui omnes aqua inter cutem labrantes, quoq; modo calefaciendo esse putat. Sed hæc breuitatis studio omittamus. Ex recentioribus uero contra Galenum scripserunt, Theophrastus Paracelsus, de quo dixi sub finem sermonis de uita doctrinaq; Galeni: item Io. Argenterius, circa morborum præcipue (nī fallor) differentias & causas: cui lul. Alexandrinus respondit. Io. Bapt. Montanus in artem paruā Galeni tabulas edidit, priores ex sua, posteriores ex Galeni sententia: in quibus autē & quas ob causas à Galeno dissenserit, in quotidianis lectionibus & alibi (Commentarijs nimirum in hunc librum) declaraturum se promittit. In Anatomicis frequenter ab eo dissentit Vesalius, alicubi etiam (nī fallor) Gabriel Falloppius. Contra Vesalium pro Galeno scripsit Iac. Sylvius, cui partim ipse Vesalius respondit, partim Renatus Henerus. Circa dierum criticorum causas subtilissime contra Galenum disputauit Hieronymus Fracastorius: cui respondit, sed crassius, imperitus, & ineptius Andreas Thurinus.

¶ HUMANI corporis fabricæ & anatomicum argumentum excoluerunt Andreas Vesalius, Iac. Sylvius, Gabriel Falloppius, Realdus Columbus, Io. Valuerda, Renatus Henerus, Io. Baptista Cananus, Io. Guinterius, Bassianus Landus, &c. alij aliter.

¶ DE ponderibus & mensuris, quibus uel medici tantum utuntur, uel alij quoq; &c. scripserunt præter Galenum Q. Rhemnius Palæmon, Priscianus Cæsariensis, Plinius libro 21. cap. 34. Aegineta lib. 7. Epiphanius, Isidorus, Constantinus monachus, & ex recentioribus Guil. Budæus, Andr. Alciatus, Leonardus Portius, Dominicus Arcignanus, Io. Garronis, Io. Regnaudus: utilissime uero omnium certissimeq; Georg. Agricola, Robertus Cenalis, Henrichus Glareanus, Michael Neander ex ualle Joachimica.

¶ COMMENTATORUM scholiorum, &c. scriptores. Commentaria quidem iusta in aliquos Galeni libros reliquerūt, ut Brasavolus, Fuchsius, Cornarius, Io. Agricola; alij annotationes breuiiores aut scholia, ut Sylvius, Martinus Gregorius, ad librorum margines, quibus uel argumentum contextus indicatur, uel uaria lectio, uel aliquid emendatur. Sed alij omnes circa paucos aut singulos Galeni libros uersati sunt: Andreas Lacuna circa plerosq; Promisit & doctissimus uir Vidus Vidius in omnes Galeni & Hippocratis libros glossemata.

CATALOGO

CATALOGVS PRIMVS, SIVE ENVME
RATIO LIBRORVM GALENI, EO ORDINE, QVO
excusi sunt, ex Io. Baptista Montani fere sententia.

CON. GESNERO MEDICO AVTHORE.

IN hac Enumeratione primum qui et) quot interpres nostra etate, ad hoc usq; tempus, singulos libros Latinos fecerint, quoad eius rescire nos potuimus, apparet. Sunt autem interpretationes illae omnes nostra memoria excusa, & pleraque cum integris G A L E N I operum Latinorum editionibus habentur, que aut Basilea in Heluetia, aut Venetijs in Italia, aut Lugduni in Gallia euulgatae sunt. Paucæ seorsim prodierunt, aut cum alijs G A L E N I operibus non tamen integris, Lutetiae aut Basilea olim impressis. Ex his illas que in hac editione continentur primo semper loco nominabimus, ut alijs verbis alio ue signo non sit opus. Post interpretum nomina, ad singulos libros paragraphe **T** in seruo, qui quoquis modo singulos Commentarijs, annotationibus, scholijs, compendijs, aut aliter illustrarint, admonebimus: aut aliud quipiam admonitione dignum, ut super argumento, uel aliud, adferemus. Quod si quid aliud forsan de ordine quorundam nobis alijs ue, quam Montano visum est, videatur, crucis + adiecto (in marginib. etiam) signo notabimus, &c. Interpretum patrias, et) alia quædam de nonnullis dicenda, in hac Enumeratione omittemus: in altera, que alphabetico ordine Interpretes enumerat, &c. posituri. D. e. Diligentius emendatum librum indicat, siue ab ipso authore, siue ab alijs ad Graeca exemplaria aliter ue. tr. nota translatum, aut Latinitate donatum significat. Asterisci * notam prefiximus illis libris: quorum lectionem non solum medicis, sed alijs etiam literarū studiosis multum emolumēti ad eruditionis fructum collaturam iudicamus. et) quanquam Physiologici omnes, non ad medicos solum pertineant, sed etiam naturalis philosophiae studiosos, ex his tamen Anatomicos asterisco nō notauit: quod soli ferè medici hanc Physiologiæ partem exerceant.

ISAGOGICI LIBRI.



SAGOGICI Libri alijs ad totā artem pertinēt, quos simpliciter Isagogicos nomināuit & fecit Montanus, ac ceteris omnibus G A L E N I libris preposuit, alijs ad aliquā artis partē pertinent, ubi itidem præponendi sunt illis libris ad quos introducunt, ut Anatomicæ osteotomiae, &c. Isagogicis (inquit Montanus) conumerai etiam quædam, quæ nihil quidem ad artem spectant, sunt tamen scitu non inutilia, cum alioqui commodiorem locum non haberem. His & introductionem ad medicinam, quamvis ea G A L E N I non sit, addidimus.

* Oratio suasoria ad artes, siue ad bonas artes exhortatio, tr. à Ludouico Belisario: & prius à Des. Erasmo. ¶ Orationis huius titulus Græcus sic habet. ῥαλων πραφεισ το μηνοδότα προπε-
πτίνος λόγῳ αὐτοῦ τέχνας. Erasmus uertit, G A L E N I paraphrastæ Menodoti, quod & Cornarius probat: & mihi quoq; magis arridet, quām ut Belisarius transtulit, G A L E N I paraphrastæ Menodoti filij: quem etiam Montanus sequitur: quasi alias quispiam G A L E N V S , huius oratio nis author, Menodoti filius fuerit, non autem noster hic filius Niconis architecti: Ego (inquit Cornarius) G A L E N I illā esse puto huius nostri: qui quū paraphraſten Menodoti ageret, ipsam habuerit. Nam in libello de libris proprijs, ubi de libris ad Empiricos spectatibus mentionē facit, aperte dicit de libris Menodoti ad Seuerum, libros undecim se scripsisse: & paulo post subdit de hac oratione, dicens: In Menodoti ad Seuerum librum Oratio suasoria ad artes. Sed & in alijs multis locis Menodoti Empirici mentionem facit. Verū & hoc in medio iudicādum relinquimus. Sic Cornarius. Ego G A L E N I nostri eam esse planè affirmarim. Eius argumentum hoc est: Ingenij bonis, hoc est, egregijs artibus & studijs: potius quām fortunæ bonis, ut diuitijs: aut corporis, ut uelocitatí uel robori, quod athletarum est, & atatem tribuendam esse.

* Si quis optimus medicus est, eundem esse philosophum, liber transl. à Lud. Belisario, & iam prius à Des. Erasmo.

* De sophismatis in uerbo contingentibus libellus, ab Horatio Limano translatus.

* Quod qualitates incorporeæ sint, libellus, eiusdem translatio, d.e. Aduersatur autē Stoicis, qui qualitates & reliqua accidentia, perperam corpora appellabant.

* + De proprijs libris ad Bassum Io. Fichardo interprete, d.e.

Vide cum libro proxime sequente. Enumerat autem libros proprios, ita ut qua etate, & ubi locorum, & qua occasione singulos condiderit, exponat: & an in amicorū gratiam solum, an accuratijs & ad editionem: indicatis etiam argumentis quorundam.

A + De or-

CATALOGVS PRIMVS, SIVE

* † De ordine librorum suorum ad Eugenianum, eodem interprete, d.e. Hunc & prae dentem Io. Caius quoque transtulit, perfectius quam antea trāslati essent. ¶ Quod ad collocationis ordinem, librū de proprijs librīs, primū omnium ego fecerim: Hunc uero de ordine librorū suorum mox secundū. Duos hos libros (inquit in p̄fatione Io. Caius) uisum est uertere potius: quam (ab alio uerso) castigare, tum quod nolle castigando falcem meā mittere in messem alie nam: tum quod facilius multò fuit de integro traducere: quam aut uetera retexere, aut noua assue re, cum tot in locis à priori & vulgarī exēplari Graeco uariarim: Cuius rei causas tum aperiemus, cum in librum Græcum de librīs G A L E N I proprijs annotationes dabimus. Hæc ille, in uolumine anno 156. excuso Louanij, de quo plura leges in Catalogo interpretum G A L E N I.

* De sectis ad eos qui introducūtur liber à Lud. Belisario tr. d.e. Eudem Aug. Riccus tr. & iam olim Io. Guinterius. In eo rationalis medicus, empiricus, & dogmaticus, suam pro se quisq; causam agunt. Hic alias etiam, q̄ medicos, homines literatos legere cōueniet, ut quali' nam medico suam cōmittant ualetudinem, melius secum statuant. ¶ Alexandrinus commentator super libro de sectis citatur à Leon. Legio.

* De optima secta liber Junio Paulo Crasso interprete, ex tertia eiusdē recognitione. In Com pendio Andreæ Lacunæ, Junius P. Cracoviensis, huius librī interpres citatur, nescio quam recte. Huius uix octaua pars in uersione ueteri extat.

* De optimo docendi genere liber (cōtra Phaorinum Ephecticum & reliquos, qui iudicūt ueritatis, ē rerum natura tollebant) à Des. Erasmo tr. primum, deinde à Iano Cornario.

De subfiguratione empirica liber, incerto interprete: quæ qualisq; empirica medicina sit, tanquam Empirico loquente, breuiter exponens, uelutiq; delineans.

Fragmentum quoddam exiguum ac mēdosum, quod G A L E N O adscribitur, cuius titulus est, sermo aduersus empiricos medicos, Augustino Gadaldino interprete: Græcē nondū imp̄fsum, ex illis forte librīs relīctum, quos ipse ad Empiricos spectantes conscripsérat.

* De constitutione artis medicæ (secundūm omnes eius partes) liber, (resolutiua methodo à finis prænotione institutus: qui ad omnem constitutiā methodū pro exemplo accomodari potest) à Bartholomæo Syluanio tr. & iam ante à Iano Autoniaco, id est, Io. Guinterio, & Victore Trincauelio. ¶ Christophorus Heyl edidit artificialemedicationē, quæ constat paraphrasi in Galeni librum de artis med. constit. In eundem Tabulas & Cōmentarios Theodorus Zuingerus philosophus & medicus pereruditus nuperrimē edidit.

* Definitiones medicæ, à Barth. Syluanio tr. & ex codicū ueterum collatione plurimis in locis auctæ: ac denuò uetustis cod. Græcis collatis accuratiū recognitæ. Easdem prius uerat Ionas Philologus.

* Introductio seu Medicus, liber à Io. Guinterio olim tr. postea d.e. ad Græcū exempl. Est autem hic Herodotī cuiusdam liber, non G A L E N I, ut ex Cōmentario G A L E N I 31. particulae secundā librī V I. Epidemion līquide apparet. Et forsan idem sic Herodotus ille Empiricus fuerit, cuius in alijs quoq; locis meminīt G A L E N V S, ut indices monstrant. Exponit hic liber breuissimè totius fere medicinæ uocabula, primum de arte quædam in genere, deinde exteriores interiores resq; corporis nostri partes, & morborum nomina, quæ & definit, & eorum symptomata, causas curationumq; capita perstringit, ita breuiter & commodo ordine omnia, ut tabulæ potius quam liber dīci mereatur.

* Quomodo morbum simulantes sint deprehendendi liber, Io. Fichardo interprete d.e. Et Io. Baptista Montanus edidit Patauij anno 1543. de latitudine corporū (salubrium, insalubrium, & neutrorum) Tabulas iij. in charta Basilica, in quarum p̄fatione, promittit etiam subinde se daturum (similes) signorū quoq; & causarū tabulas: nec non Cōmentarios in totam nimirū Artem paruam. Explicat autē his in tabulis, quid ipse sentiat. At in typo triū librorū Artis paruæ Gale ni, quinq; tabulis conscripto (& impresso Venetijs ad Iuntas anno 1540. chartis iij. medię magnitudinis) Galeni tantū placita describit. Est & tabula una seorsim excusa, in cuius centro medicina definitur, sciētia salubrium &c. & ab ea definitione omnia artis capita, circūferentiam uersus deducuntur. Viennæ etiam in Austria apud Michælem Zimermannū, anno 1554. impressæ sunt tabule 9. uel 10. Montani, in p̄cipua capita artis paruæ: quarū aliquas cum p̄dictis easdem esse puto, alias differre. Montanus huc librum Isagogicis adnumerat: poterat autem etiam ad Συμβολας, qui morborum signa exponunt, referri.

Ars medicinalis, à Nic. Leoniceno tr. & ab Aug. Gadaldino d.e. ad Græc. ueterum exemplarium fidem. Eandem translationē Gul. Rouillijs excudit Lugduni in 16. anno 1549. cum scholij marginalibus, quibus trāslatio ipsa castigatur, &c. Eandem Mart. Acakia tr. Vulgo hunc librum Microtechnam uel artem paruam & Articellam uocant, ut à libris Methodi curatiuē distinguant. * In eius principio de triplici Methodo differit G A L E N V S: ex quibus definitiuam condendo huic libro accōmodat. Itaq; primū medicina finitur esse scientia salubrium, insalubrium, & neutrorū: quorum rursus unumquodq; tripliciter distinguitur, ut corpus, aut signū, aut causa: & sic ad finē usq; librī progressio fit. Itaq; ad eius explicationē pertinere aliqua ex parte uident Iac.

Syluj

ENVMERATIO LIBRORVM GALENI.

Syluij tabule, de signis salubribus, insalubribus & neutrīs æditæ. Huius libri etiam uetus quædam (puto) translatio extat, qua usus est Drusianus monachus ille, qui quod plus quam Cōmentum uocant uolumen, in hunc librum reliquit. Io. Manardi expositio huius libri, Basileæ olim excusa est. Nicolai Biesii uero Cōmentarij nuper (anno 1560.) Antuerpiæ. Martini Acakiae tum translatio tum enarratio Parisijs apud Colinæū anno 1543. † Et nuperim Theodori Zuinggeri tabulæ simul & commentarij, Basileæ in officina Oporinij. Extant præterea in hūc librum cōmentarij Iohānitij cuiusdā, qui & Humain uocatur: & Hieremij Brachelij: & Symphoriani Campegi paradoxa: in quib. præclarissima queq; & digna lectu, quæ à Drusiano, Gentili, Iacobo Forliuensi, Io. Sermoneta, & Vgone Senensi, omnibusq; neotericis scripta sunt ad medicos instruēdos (ut titulus pollicetur) breuiter clareq; narrantur. item Additiones Haly Rodoam peracutæ ac doctæ. Denique Nic. Leonicenus scripsit de tribus ordinatis doctrinis secundum G A L E N I sententiam (in Arte parua scilicet ab initio) librum: quem etiam defendit author innominatus Antisophistæ: quo titulo liber cum Leoniceni lucubrationibus impressus est. Hieronymus Cardanus libro primo Contradictionum exponit aliquot contrarietates libri primi artis medicinalis G A L E N I (quem superiore sæculo in tres libros seabant) libro secundo autem, secundi & tertij librorum eiusdem.

PHYSILOGICI LIBRI, QVI HUMANI

corporis naturam complectuntur.

De elementis in natura hominis secundum Hippocratem libri duo, à Nic. Leoniceno tr. d. Extant etiam translationes Victoris Trincauelij, & Io. Guinterij. * Hilibrī plane ad naturalem philosophiā spectant. Docet aut̄ in ijs G A L E N V S, q̄ elementa mīstis omnib. sint cōmūnia, ignis, aer, aqua, terra: animalis uero sanguine præditi propria, sanguis, pituita, bilis flava, bilis atra. Et astruit, quod elementum non sit unum: neque infinita indiuidua (corpuscula) sensus ac passionis expertia: aut impatilia & insensilia. insensilia enim & passibilia esse possunt communia elemēta: sed hominis simplicissimæ particulæ, in quas partes similares resoluūtūr, sensiles ac passibiles sunt. Plura de elementis leges in libro de facultatibus medicamentorum purgantium: & in opusculo quod G A L E N O adscribitur, Qualitates incorporeas esse. ¶ Periocham horū librorum Io. Guinterius scripsit: item Io. Bapt. Montanus, quam Io. Crato edidit.

De temperamentis libri iij. Thoma Linacro interprete. Eosdem Leonhartus Fuchsius tr. †. Montanus indifferenter tres hosce libros hīc collocat. Syluius uero duos priores tantum. nam tertius (inquit) de temperamento & facultatibus quibusdā in genere simpliciū medicamentorum tractans, ante hæc legendus est. * Pertinet autē ad Physicum horum quoq; librorū cognitio: in quorum primo docet nouem esse temperamenta: quatuor Simplicia, calidū, frigidū, humidum, siccum: quatuor Composita, calidum & humidum, calidum & siccum, frigidum & humidum, frigidum & siccum. Postremò temperatum: idq; duplex, alterum simpliciter ex equali mixtione Contrariorum, quod ad mensuram uel pondus: alterum, quod ad uim, quod ex actionum integritate uel cuiusque corporis in suo genere præstantia intelligitur. Inseruntur etiam nonnulla de temperie anni partium & aeris: & quot modis calidum, frigidum, ac reliqua accipientur. Ultimo loco omniū simulariū particularū temperamenta conferuntur Cuti uolæ manus, præcipue temperatae. Secundus liber ætatum omniū temperaturas à fetu in utero ad senectā usq; multis & accuratis rationib; inquirit ac demōstrat: Et rursus singularū Corporis partiū temperiem copiose examinat. ¶ Io. Morisotus condidit horū librorū epitomen: Io. Bapt. Montanus Periochā: Scholia & Isagogen Syluius: Hieremias Brachelius & Leonhartus Fuchsius Cōmentarios.

In primum Hippocratis librum de natura humana Commentarius, à Nic. Macchello translatus, & iterum ab eo recognitus: & olim à Io. Guinterio. & Hermanno Crusero. ¶ Syluius hunc librum inscripsit de elementis hominis, uel de natura humana, & scholijs ad margines, & iusto etiam Cōmentario illustrauit. Periocham eius Io. Bapt. Montanus cōfecit. * Apparet autem non minus ad naturalis sapientiæ studiosum spectare hūc librum, quam duo illi de elemētis à G A L E N O conscripti, de quibus diximus. ¶ Peractis hominum temperamentis (inquit Montanus) proximi sunt humores, &c. proinde cōmode libros substituimus qui de humorib; potissimè pertractant, nullos autem tales ex ijs, quæ G A L E N I extant, deprehendimus, præter Commentarios in Hippocratem de natura humana: & libellum qui inscribitur de Melancholia. quamuis enim in libro de natura humana uideatur propositū de elementis agere, nihil tamē ibi magis quam humores considerantur, quos Hippocrates corporis humani proxima elementa esse uoluit. Cum uero in hoc libro tres parui libelli, etiam ante G A L E N I ætatem cōplicari conscribīc; consueverint, primus de natura humana (genuinus Hippocratis, G A L E N O teste) secundus sine titulo quidem, sed qui ad Therapeuticē attineat (spurius & in plerisq; falsius, G A L E N O teste) tertius de uitru sanoru (cuius author à plerisq; Polybus Hippocratis discipulus existimatur, in plerisq; uerus, G A L E N O teste) sintq; ij libelli subiecto longe dissimiles: quos neq; author, ut G A L E N V S ipse testatur, neq; posteriorū iudicium, sed auaritia coniunxit: Ego malū rei naturā, quam peruersem consuetudinem imitari, & longo eos interuallo separare: Hæc Montanus: qui de humorib; e-

CATALOGVS PRIMVS, SIVE

tiam, hoc ipso titulo, scriptum à G A L E N O librū, quem nuper Bernardus Bertrandus Latinum, fecit, extare nesciebat.

De arte bīle liber, Bartholomæo Syluanio interprete. Eundem tr. Augustinus Riccus, Io. Guinterius & Janus Autoniacus. ¶ Eiusdem periochen Io. Bapt. Montanus composuit. Hic liber cur sit hoc loco repositus, in præcedenti de elementis tractatione dictum est. Est autem alius inter spurios eiusdem inscriptionis liber, ex Galeni, Rufi & Posidonij scriptis.

De optima corporis humani constitutione uel structura liber, Ferdinando Balamio interprete, d.e. Eundem Io. Guinterius olim conuertit. Item Augustinus Riccus.

De bona habitudine (uel bono corporis habitu) liber à Ferdinandō Balamio tr. d.e. Hūc etiam Guinterius antea tr. & Augustinus Riccus.

De ossibus liber Ferd. Balamio interprete, d.e. Hic cum operib. Galeni Græcis hactenus non impressus est Græce, sed seorsim Parisijs. ¶ Ab hoc libro anatome cur sit incipiēda, explicat ipse Galenus ab initio administrationum anatomicarum.

De musculorum dissectione liber, ab Aug. Gadaldino tr. in impressis codicibus Græcis hucusq; desideratus. ¶ Myotome (id est, musculorum diuisio, quæ & Tenontotomen comprehen-dit, inquit Iac. Syluius) compendio tradit omnia de musculis scripta in libris Administrationum anatomicarum, † ad quas mox ab Osteotome transiri potest, omissis cartilaginum, ligamento-rum, vasorum, neruorum anatomis, utpote inibi descriptis.

De neruorum dissectione liber (ad introducēdos) ab eodem Aug. Gadaldino tr. integer. Græcè enim impressus est mytilus. Eundem olim (mytilum opinor) Ant. Fortolus tr.

De uenarū arteriarumq; dissectione liber Isagogicus, ab Antonio Fortolo tr. & post Andreæ Vesalij & aliorum castigationem, aliquot in locis castigatus.

An sanguis in arterijs natura contineatur liber aduersus Erasistrati sectatores, Julio Martiano Rota interprete. Eundem Victor Trincavelius tr.

De anatomicis administrationibus librī nouem, à Io. Guinterio And. olim tr. & post diligētissimas Andreæ Vesalij aliorumq; castigationes d.e. ¶ Scripserat Galenus huīus argumenti quindecim libros: quorum decimus & reliquī sex sequentes desiderantur, eorum autem argumenta Galenus ipse in libello de libris proprijs exponit.

De uocalium instrumentorum dissectione fragmentum, ab Aug. Gadaldino tr. Græcè deside-ratur in impressis codicibus.

De uuluae (seu uteri) dissectione liber obstetrici cuidam scriptus, à Io. Bernardo Feliciano tr. & à Iano Cornario.

De instrumento odoratus liber, Ludouico Belisario interprete, d.e. Eundem Victor Trin-cauelius tr. In eo autem partium ad olfactum pertinentium anatomen tradit.

De Usu partium corporis humani librī xvij. à Nic. Regino Calabro traducti, denuo ab Aug. Gadaldino plerisq; in locis emendati. Eandem interpretationem seorsim excudit Gul. Rouilius Lugduni anno Domini 1550. in 16. ad Græcorum exemplarium collationē, castigatum: cum Scholij ad marginēs, (Scholia quidē in hos libros Iac. Syluius edidit: quæ forsan hæc ipsa sunt. Et idem Syluius olim hos libros magna cura recognouit ad Græcum exemplar.) & capitum diui-sione cum argumentis: quæ à nostris (capitibus & argumentis in hos libros) olim editis, uariant. ¶ Habentur (inter spurios Galeni) ex his libris nescio à quo Arabe librī x. de iuramentis mem-brorū titulo, exscripti, & ueteri uersione semilatini facti, ut in prologo ueteri in libros de usu par-tium patet legenti, teste Syluio. Quicquid ferme xvij. amplissimis uoluminibus de membro-rum usu Galenus explicauit, totum id quinq; libellis Theophilus Protospatarius comprehendit, idq; dilucida ordinataq; breuitate, ut Iunius Paulus Crassus Patauinus Theophilus librorū inter-pres scribit. Jacobus Syluius reliquit Commentarios in Galeni de usu partium libros, quorum in Isagoge sua anatomica aliquoties meminit: eosq; typographus qui Isagogen illam Parisijs im-prellit, Ilo. Hulpean nomine, anno 1555. breui se publicaturum promittit: quod an hactenus pre-stiterit, nescio. * Sunt sane hi libri de usu partium Galeni, omnium anatomicorum pulcherrimi, doctissimi, plane diuinī, & quí ab omnibus intelligentur, dignissimi. nam & uiuēte adhuc eo (ut ipse testatur) diligenter à medicis ferè omnibus, quotquot ueteri medicinæ studebant, tum philo-sophis Aristotelicis legebantur. nam & illius talis quidam tractatus extabat. Videtur autē innue-re Aristotelis libros de partibus animalium.

De utilitate (uel usu) respirationis liber, Iano Cornario interprete. Eundem antea Io. Vasseus uerterat. † Iac. Syluius libros Galeni de placitis Hippocratis & Platonis, priores collocat, ceu in quibus de anima, sensus ac motus origine, cōmuniū agatur. ijs uero subiectit, libros ad mo-tuum voluntariū pertinētes, primum quidē de motibus muscularū: deinde de respirationis causis & usu. Libri de respiratione (inquit) licet motū voluntariū doceant, tamen eodem spectant, quo sequentes de pulsibus (nimirum ad calorem uitalem temperandum & conseruandum.)

De Causis respirationis libellus, ex duobus fortassis quos Galenus composuit, excerptus, tr. à Iano Cornario: & prius à Io. Vasseo. Doctissimus Aug. Gadaldinus hunc librum, sicuti & tres alios

ENVMERATIO LIBRORVM GALENI.

tres alios qui inscribuntur, De motu thoracis & Pulmonis, De dignotione ex insomnijs, De uirtutibus nostrum corpus dispensantib. suspicatur uel Oribasij esse; uel alterius certe doctri medici, qui ex Galeni monumentis breuiter hæc collegerit.

De usu pulsuum liber à Thoma Linacro tr. ¶ In eundem Scholia Iac. Syluij extant.

De substantia facultatum naturalium fragmentū, Bartholomæo Syluanio interprete, Eudem Victor Trincauelius tr. & olim Io. Guinterius. ¶ Iac. Syluius hūc libellum ante libros de facultatibus naturalibus reponit: de quibus paulò pōst.

Brevis denotatio dogmatū Hippocratis, ex sermone 99. Io. Stobæi, Con. Gesnero interprete. Hæc ideo adiecta est operibus Galeni, quoniam huic authori eam Io. Stobæus adscribit.

De Hippocratis & Platonis decretis libri ix. Io. Bernardo Feliciano interprete. Primus quidem (qui postremus inuentus est, nec dum impressus Græcè, principio etiam inutilis.) anno Domini 1550. in luntarum editione Venetijs, primum ab eo tr. est: reliquæ uero prius translati, d. e. Idem primus liber ex Iani Cornarij translatione coniunctus est operibus Galeni in officina Frobeniana impressis anno Domini 1549. & Louani anno 1556. Ioan. Caio interprete, cum alijs eiusdem Caij. Pollicetur autem hunc librum & alia quædam G A L E N I, se Græcè etiam editurum. ¶ Horum librorum lectionem ut appareat ad alios etiam quam medicos pertinere, præcipue autem physicos, & logicæ methodi artisq; disputandi studiosos, argumenta singulorum adscribam breuiter. Liber 1. ex dissectionibus naturæ rei, Cerebrum fieriorum, Cor arteriarum, fontes ac initia esse indicat: quibus tanquam fundamentis iactis reliquo opere utetur. Prior tamen disputatio, non nihilq; posterioris deest. Liber 2. Sumptionum ostendit, alias esse internas, quæ demonstratiæ seu scientificæ sint: alias externas, quæ in dialeæticas, rhetoricas & sophisticas subdidentur. Tum de sumptionum fatuitate differit: quibus Stoici ac Peripatetici in probanda rationalis facultatis sede utebantur: ac ex dissectionibus functionum omnium principia docet esse dignoscenda. Libro 3. quæ Chrysippus primo libro de animæ primatu nugatur, neque antea fuere confutata, omnia ferè seriatis ad puerilias ac fabulosa usque refelluntur. Quartò, recensentur errores Chrysippi de affectibus ac perturbationibus: & de ea à qua oriuntur facultate. Quintò, errores Chrysippi in dignoscendis ac curandis perturbationibus, inde maximè ortos esse demonstratur, quod tres esse animæ facultates negavit: atque ea de re Platonis demonstratio declaratur. Sextò, probatur multis rationibus, ac ex ipsa quoque dissectione, iecur uenarum, sanguinis, & concupiscibilis animæ principatum esse. Septimò neruos omnes à cerebro oriri demonstratur: ac modus explicatur, quo sensus & motus instrumenta, ex facultate à cerebro ad ipsa delata, alterantur. Octavo, indicatur Hippocratis & Platonis sententia de quatuor elementis: de corporum ex ipsis constitutione: de respiratione, ac de receptaculis cibi & potus. Nono, docet rationem similitudinis, ac dissimilitudinis distinguendæ, ueritatis' que in uniuersum indagandæ, propositis exemplis ex Hippocrate & Platone. Innominatus quidam in horum librorum prefatione: Quicunque uoles (inquit) fructum aliquem ex hoc Galeni opere consequi, nimirum omnium quæ Galenus unquam scripsit difficillimo, totum id diligenter perleges necessum est. Prioribus enim libris quatuor (primum is nondum uiderat) prolixam contra Chrysippum disputationem habet: quæ fortasse prima fronte parum tibi placitura est. Postiores uero magna commoditate rem omnem clare demonstrabunt. Quanquam si primos illos penitus introspicias, mirabile Galeni in adstruendis aut refellendis argumentis ingenium uidebis. Nam utcunque se aliquis omnes Galeni libros perlegisse iactitet, si hos non legerit, non est quod se illius doctrinam eiusq; in scribendo artificium ad plenum posse assequi confidat. Poetae indidem crebro citantur, & à Chrysippo & à Galeno, illis qui non omnino οὐστοι sunt haud inutiles. * De ordine quidem horum librorum dictum est paulò antè in mentione libri de utilitate respirationis.

Fragmentum ex quatuor Commentarijs, quos Galenus inscriperat, De ijs quæ medice dicta sunt in Platonis Timæo, ab Aug. Gadaldino tr. Græcè in impressis codicibus desideratur. ¶ Hoc fragmentum (inquit Gadaldinus) à nobis inuentum, & latinitate donatum, esse Galeni, stilus & doctrina, & libri quos ipse à se scriptos citat, indicant. Quin & Galenus quoque octauo de dogmatibus Hippocratis & Platonis libro, capite quinto & sexto, & libri de tremore capite septimo, facturū se explanationes in ea quæ medice scripta sunt in Platonis Timæo, pollicetur: ac in libro de proprijs libris Commentarios de hac re quatuor se fecisse affirmat. Sicille. Continetur autem hoc fragmentum chartis ferè duabus.

* De naturalibus facultatibus libri tres, Thoma Linacro interprete. ¶ Facultas est causa quædam effectrix, in partis temperamento sita. Et cum tres sint facultates corpus nostrum dispensantes naturalis, uitalis & animalis, &c. In his libris de naturali tantum agitur, somite & basiiliarum. Sunt autem naturales facultates (quæ & potentiae vegetatrices dicuntur Aristotelis) primæ ac principes, generatrix, auxtrix, & nutritrix. Earum singulæ suam habent actionem, ac certum opus quod actionem sequitur: item alias facultates eis inservientes. Generatricem consti- tuunt duæ aliae, alteratrix & formatrix foetus: auxiliares autem ei sunt nutritrix & auxtrix. Auxtrix

CATALOGVS PRIMVS, SIVE

cis auxiliares sunt alteratrix seu coctrix, & nutritrix. Nutricis auxiliares quinq: attractrix conuenientis parti qualitatis & succi: retentrix eiusdem, donec perficiatur coctio: coctrix alterando: & assimilatrix: deniq: expultrix eius, quod partem quantitate, aut qualitate, aut utraq: molestat. Hæc feret Syluius: qui hos libros, non ut Montanus, post libros de Hipp. & Platonis placitis, deq: usu & causis respirationis & usu pulsuum, sed ante illos collocat, ea nimirum ratione, qua facultas seu potentia, semper præcedit actiones. Libri autem de respiratione & pulsu, actionem quæ ad motum voluntarium pertinet, explicante. Accedit altera ratio, quoniam naturalis tum facultas tum actio, ut reliquis (vitali animalic:) ignobilior, ita tempore prior est. ¶ Io. Baptista Montanus reliquit Periocham in hos libros: Iacobus Syluius uero scholia & Epitomen tabulis expressam.

De motu muscularum libri duo, Nic. Leoniceno interprete. In eisdem Iac. Syluius Scholia condidit.

De motu thoracis & pulmonis, fragmentum fortasse eorum trium librorum, quos Galenus de hacre composuit: quod in antiquis tantum translationibus legitur: nam Græcè non habetur. ¶ Vide superius in mentione libri de causis respirationis.

Quod animi mores corporis temperaturam sequantur liber, à Barthol. Syluanio tr. & à Ioanne Paulo Crasso, ut in compendio Andreæ Lacunæ habetur, iamq: olim à Io. Guinterio. ¶ Hic liber an mox post tractationem de temperamentis, ut Syluius fecit, interposito tantum de inæquali intemperie libro, collocari mereatur, considerandum.

De foetuum formatione liber, Io. Bernardo Feliciano interprete. Eundem Janus Cornarius uertit. ¶ Iac. Syluius hunc librum, sicuti etiam duos de spermate & illum, qui an animal sit quod in utero est, querit, mox post libros de elementis ponit, interiectis tantum, illo qui an sanguinis natura sit in arterijs perquirit, & altero de atra bile.

An omnes particulae animalis quod in utero est, siant simul libellus, Nicolao Regino interprete. Græcum exemplar non habetur.

An animal sit id, quod in utero est, Horatio Limano interprete. ¶ Vide paulò antè in mentione libri de foetuum formatione.

De semine libri duo, ab Io. Bernardo Feliciano interpretati. Eosdem Janus Cornarius uerit, & olim Io. Guinterius: qui etiam traductioni sua aliquot Græci exemplaris castigationes adiecit. ¶ Vide paulò antè in mentione libri de foetuum formatione.

De septimestri partu libellum itidem Io. Bernardus Felicianus, & Janus Cornarius latinitate donarunt: item Aug. Riccus.

LIBRI QVI AD TVENDAM SANITATEM PERTINENT, ¶ ea describunt, que non constituant quidem, sed conseruant corpora nostræ: non naturales recentiorum quidam uocarunt.

Hippocratis de aere, aquis & locis liber, Iano Cornario interprete, ad Græcorum exemplarum fidem ab Hier. Donzellino recognitus. ¶ Galenus hunc librum maluit inscribere de habitationibus, aquis, & temporibus. In hunc librum (inquit Io. Baptista Montanus) diuina quædam Galeni Commentaria amicus mihi pollicitus, me frustratus est.

* De alimentorum facultatibus libri iij. Martino Gregorio interprete, d. e. Eandem uersionem seorsim Lugduni impressam uidimus anno 1547. in 16. cum tabula de alimentorum divisione à principio, & per paucis marginum Scholijs: quæ forsitan Iac. Syluij sunt, nam in hos quoque libros eum Scholia condidisse inuenio. ¶ Hoc quidem loco hi libri recte possunt. quamvis enim Therapeuticæ etiam materiam suggerant, primariò tamen ad Hygieien pertinenter.

De succorum bonitate & uitio (uel, De cibis aut nutrimentis boni & mali succi, secundum diversa eorum genera) liber, à lul. Alexandrino tr. & olim à Ferdinando Balamio.

Sebastianus Scrofa etiam Lutetiae anno 1546. hunc librum (qui ueluti Epitome est præcedentium trium de alimentis librorum) interpretatus est Latine, multò quam antea sit factum castigatus, ut pollicetur cū Scholijs per margines, & præfatione, qua ceu summā libri præstringit.

In librum (Hippocrati adscriptum, ueriū autem Polybi authoris, qui Hippocratis discipulus fuit) de salubrī diæta (seu priuatorum, id est, illorum qui non publicis negotijs impeduntur, sed liberi suiq: iuris sunt) Commentarius, Hermanno Crusero interprete, d. e. Eundem olim Io. Guinterius tr. Vide supra inter Physiologicos in mentione libri de natura humana.

De attenuante diæta liber, Mart. Gregorio interprete. In eundem Iacobus Syluius Scholia confecit.

De ptisana liber (Galeno adscriptus) ab Hieron. Donzellino in Latinum uersus. Eundem August. Riccus tr. & iam prius Iohan. Polltus, qui etiam emendauit & suppleuit quædam in Græco exemplari desiderata, ut ipse in præfatione testatur, ubi & locos aliquot huius libelli reponit, ex Oribasio & Aegineta.